



22102963



International Baccalaureate®  
Baccalauréat International  
Bachillerato Internacional

**LATIN  
HIGHER LEVEL  
PAPER 1**

Thursday 20 May 2010 (afternoon)

1 hour 30 minutes

Candidate session number

0	0								
---	---	--	--	--	--	--	--	--	--

**INSTRUCTIONS TO CANDIDATES**

- Write your session number in the boxes above.
- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Answer question 1 or question 2 in the spaces provided.
- The use of dictionaries is permitted for this paper.



0105

*Answer question 1 or question 2.*

*Translate into English the section of the passage indicated between the asterisks. A translation of the rest of the passage appears on the facing page.*

**1. Cicero's speech to Caesar on behalf of King Deiotarus who had unwisely sided with Pompey in the civil war.**

deinde eum regem, quem ornare antea cuncto cum senatu solebam pro perpetuis eius in nostram rem publicam meritis, nunc contra atrocissimum crimen cogor defendere.

\* accedit ut accusatorum alterius crudelitate, alterius indignitate conturber: crudelem Castorem, ne dicam sceleratum et impium, qui nepos avum in capitis discrimen adduxerit adulescentiaeque 5 suae terrorem intulerit ei, cuius senectutem tueri et tegere debebat, commendationemque ineuntis aetatis ab impietate et scelere duxerit, avi servum corruptum praemiis ad accusandum dominum impulerit, a legatorum pedibus abduxerit. fugitivi autem dominum accusantis et dominum absentem et dominum amicissimum nostrae rei publicae cum os videbam, cum verba audiebam, non tam afflictam regiam condicionem dolebam quam de fortunis communibus 10 extimescebam. nam cum more maiorum de servo in dominum ne tormentis quidem quaeri liceat, in qua quaestione dolor elicere veram vocem possit etiam ab invito, exortus est servus qui, quem in eculeo\* appellare non posset, eum accuset solitus. \*

perturbat me, C. Caesar, etiam illud interdum, quod tamen cum te penitus recognovi, timere desino: re enim iniquum est, sed tua sapientia fit aequissimum.

Cicero *pro rege Deiotaro* 2–4

---

\* in eculeo: on the rack



And then now, this king whom I used to be in the habit of honouring before the whole Senate for his perpetual services to our state, I am compelled to defend against a most shocking charge.

\* .....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

There is a further fact, C. Caesar, that worries me from time to time, but when I think deeply about you, I cease to fear; for it is, in fact, unfair but, because of your wisdom, it becomes very fair.

Total marks		



**2. Pandion, king of Athens, arranges an ill-omened marriage between Procne, his daughter, and Tereus, king of Thrace.**

Threicius Tereus haec auxiliaribus armis  
 425 fuderat et clarum vincendo nomen habebat;  
 \* quem sibi Pandion opibusque virisque potentem  
 et genus a magno ducentem forte Gradivo  
 conubio Procnes\* iunxit; non pronuba Iuno,  
 non Hymenaeus adest, non illi Gratia lecto:  
 430 Eumenides tenuere faces de funere raptas,  
 Eumenides stravere torum, tectoque profanus  
 incubuit bubo thalamique in culmine sedit.  
 hac ave coniuncti Procne Tereusque, parentes  
 hac ave sunt facti; gratata est scilicet illis  
 435 Thracia, disque ipsi grates egere; diemque,  
 quaque data est claro Pandione nata tyranno  
 quaque erat ortus Itys, festum iussere vocari:  
 usque adeo latet utilitas. iam tempora Titan  
 quinque per autumnos repetiti duxerat anni,  
 440 cum blandita viro Procne ‘si gratia’ dixit  
 ‘ulla mea est, vel me visendae mitte sorori,  
 vel soror huc veniat: reddituram tempore parvo  
 promittes socero; magni mihi muneric instar  
 germanam vidisse dabis.’ \*

iubet ille carinas  
 445 in freta deduci veloque et remige portus  
 Cecropios intrat Piraeaque litora tangit.

Ovid *Metamorphoses* 6.424–446

---

\* Procnes: greek genitive



Thracian Tereus had routed them [Athens' enemies] with his relieving forces and had a name made famous by his victory;

\* .....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

He ordered the ship to be launched upon the sea and with the help of sail and oar he entered the Cecropian [Athenian] port and arrived at the shores of the Piraeus [Athens' port].

Total marks		

